Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tes · quia ego sum · et multos seducent · Cum
audieritis autem bella et opiniones bellorum · ne
timueritis · Oportet enim fieri · sed nondum fi
nis · Exurget autem gens contra gentem · et regnum
super regnum · et erunt tremotus per loca · et fames ·
Initium dolorum hec · Videte autem vos metipsos ·
Tradent enim vos in concilius · et in synago
gis vapulabitis · et ante reges et presides sta
bitis propter me in testimonium illis · Et in omnes
gentes primum oportet predicari evangelium · Et
cum duxerint vos tradentes nolite premeditare
quid loquamini · sed quod datum fuerit vobis in il
la hora id loquimini · Non enim vos estis lo
quentes · sed spiritus sanctus · Tradet autem frater
fratrem in mortem · et pater filium · et consurgent filii
in parentes et morte afficient eos. Et eri
tis odio omnibus · propter nomen meum · Qui autem
sustinuerit usque in finem · hic salvus erit · Aliud
Egrediente ihesu de templo Secundum Matheum
Illo tempore · Sedente ihesu super montem oliveti ·
accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes ·